

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Prolusio Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601



PROLUSIO AD LECTOREM.

DAbes hic, benevole Lector, Opera V. P. N. THOMÆ à
I E S V , ut si tuo accommodata ; quidquid in iis requiret
sedulitas tua , ea in re abunde tibi satisfactum esse legendō
intelliges. Cæterum candidus Author est, sincerus , & fi-
delis, atque ea, quæ scripsit, ut plurimum ipsem expertus,
ita ut omnium manibus teri , volvi ac revolvi securè posset.
Magis recommendare Authorem supervacaneum putem,
cùm laudem & recommendationem ipsa ejus non tantum

Opera sed Pontificium quoque oraculum contestentur; utpote cum THOMAM
nostrum Sanctissimum Pontifex PAVLVS V. ad Serenissimos Archiduces Alber-
tum & Isabellam scribens, his verbis depinxerit : *Vir ut de Religione, doctrina, atque
charitatis zelo, ita animi alacritate, studio atque diligentia in procuranda DEI gloria, atque pro-
ximi salute valde laudatus*; sic paucis plurima comprehensus.

Lector benevole, omnia salva sunt, si in uno tantum informeris. Mentis nostræ
quidem erat, juxta quod etiam à plurimis, tam nostris, quam aliis instantissime re-
quisiti fueramus, omnia Authoris hujus zelantissimi Opera colligere, & collecta
typis in utilitatem tuam edere ; voluntatem tamen nostram utcunq; fecellit
tractatum reliquorum penuria ; qui, cum ad manus nostras nondum pervenerint,
aut si qui pervenissent, Hispanico tamen in idiomate, huic nostræ editioni nihil pro-
fuissent, cursum tantisper, non tamen propositum sistere coegerunt. Bono interim
esto animo ; nam qui diutius morari non potuimus lucem operibus hucusque im-
pressis concedere, ut qualitercumque maximo multorum desiderio ea videndi, eisque
fruendi fieret satis : benevolo tuo legendi zelo tunc quoque satisdabimus, quando
ejusdem formæ, ex residuis Tractatibus, tertium Tomum combinatum tibi offe-
remus. Et ut uno intuitu totum Opus, Lector candide, perspicias, ecce tibi com-
pendiosæ Librorum specificatio.

In duos, hactenus conquisita, Tomos digessimus, suntque :

<i>In 1. Tomo. Lib. XII. De procuranda omnium gentium salute, Schisma-</i>	
<i>ticorum, Hæreticorum, Fidei, Saracenorum, ceterorumunque infide-</i>	
<i>lium; quibus impiissimarum sectarum, maxime Orientalium ritus ad</i>	
<i>historia fidem narrantur, errores ad veritatis lucem confutantur</i>	fol. 1
<i>Catechismus generalis, pro omnium Sectarum Catechumenis</i>	fol. 372
<i>Expositio in Regulam Ordinis Carmelitarum in 3. partes divisa</i>	fol. 403
<i>Commentaria in Cap. Non dicatis XII. Q. 1. c. Monachi: & Cap. Cum</i>	
<i>ad Monasterium. de statu Monachorum. In 4. partes divisa, quibus</i>	
<i>enucleatæ de paupertate Religiosa agitur</i>	fol. 549
<i>Lib. de Visitatione Regularium in 4. partes divisus</i>	fol. 680
<i>Epistola de Regimine Prælatorum</i>	fol. 749
<i>Dissertatio Theologica super hac questione : Vitrum Rex vel Princeps</i>	
<i>aliquis Catholicus possit permettere libertatem Conscientiae in suo re-</i>	
<i>gno, vel dominio?</i>	fol. 751

In 2.

PROLVSIO AD LECTOREM.

<i>In II. Tomo. Praxis viva fidei, quâ Iustus vivit, in duos libros d'visa</i>	
fol. 1	
<i>Via brevis & plana orationis mentalis acquisitæ</i>	fol. 45
<i>Instructio spiritualis eorum, qui vitam eremiticam profitentur</i>	fol. 62
<i>Lib. VI. De Contemplatione divina</i>	fol. 80
<i>Lib. IV. De divina, sive à DEO infusa orationis Methodo, natura & gradibus</i>	fol. 197
<i>Commentaria in quest. 171.172.173.174.175. secunda secunda D. Thomas Aquin. ubi de raptu, ecclasi, & prophetia; hoc est, de visionibus, locationibus, ac revelationibus divinis differitur</i>	fol. 367
<i>His, pro appendice, additur: Enucleatio Theologia Mystica</i>	fol. 455

Reliqui, qui pro 3. Tomo refervantur, Tractatus sunt:

- Methodus examinandi ac discernendi spiritualem anima profectum, compendiosaratio interiorem hominem per spiritualia exercitia innovandi.*
Methodus Exercitiorum anagogicorum super Dominicas, & Festa principia totius Anni.
Compendium graduum orationis mentalis, & specierum contemplationis, desumptum ex libris, & doctrinâ S. M. N. Therese.
Tractatus de presentia DEI.
Item de scrupulis.
Item de arte Rhetorica pro Concionatoribus.
Lib. de antiquitate & Sanctis Ordinis Carmelitarum.
Item de Privilegiis, gratiis, indulgentiis Confraternitatis B. V. Mariae de Monte Carmelo.
Bibliotheca Carmelitana, sive, nobilium aliquot Carmelitana Religiosis Scriptorum, operumque illorum Catalogus.
Elogia Sanctorum, ac Virorum illustrium Ordinis Carmelitarum.
Apologetica defensio Ioannis Hierosolymitani Patriarche 44. adversus ejusdem impugnatores.
Tractatus pro Canonizatione P. Ioannis Rusbrochii.
Item, contra doctrinam libelli inscripti Theologia Germanica.

Hæc sunt, quæ optimè Lector, differre, ut supra, coacti fuimus, speramusque paulò post datâ opportunitate in lucem edere. Vtterè Tu interim Authore nostro, & illos tibi ex eō fructus collige, quos in commodum tuum plantavit Author, & nos obtulimus; & si quos, ut quidem speramus, & optamus maximè, collegeris, eos comprimis optimo DEO, iis incrementum datori, in odorem suavitatis, tibi in salutem, & nobis denique in laboris mercedem præsentatè memento, & ita nos nostri, & te tui studiū minimè peccitebit. Vive, vale.

VEN-